



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 13. Papæ responsum ad Lansaci postulata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

omni tempore executi sunt: pariter ta- Sæcul. XV.
A.C. 1562.
men Pontificem persuasum reddere In-
sulanus jubebatur, quod iidem suis
partibus haud defuturi omnia ea im-
pendere velint, quæ ad firmam, san-
ctam, atque integrum Reformationem
in Capite, & membris necessaria pro
conscientiæ suæ ratione judicaverint,
non alio modo, ac ab ipsamet Sancti-
tate sua, si sacrofæctæ huic Synodo
præsens esset, adimpletum iri illi con-
fidunt.

§. XIII.

Papæ responsum ad Lansaci postulata.

Verum summus Pontifex ad postulata
ipsi proposita animum minus pro-
pensum exhibebat; cum enim nuntia-
tum esset, a quibusdam Franciæ Epi-
scopis, ac nonnullis aliis palam pro-
pugnari, quod Synodus sit Pontifice
superior, atque in Galliis, coacto Se-
natū Annatæ, quas Romana Curia exi-
gere solebat, fuerint suppressæ, his Gal-
lorum ausibus summopere commoveba-
tur Pontifex, adeo, ut bona Ecclesia-
stica pro belli tum in toto Regno con-
tra Calvinistas accensi sumptibus alie-
nandi facultatem concedere omnino
renueret, vel saltem eam duris adeo
conditionibus indulgere statueret, ut
Rex illa uti haud consultum censeret:

C 2

vicissim

Sæcul. XVI. vicissim enim Pontifex petebat, ut non
 A.C. 1562. Franciæ Episcopi Pontificiæ auctoritati
 derogarent, sed soli Pontifici Ecclesiasticæ
 disciplinæ, ac Curiæ Romanæ emen-
 datio reservaretur: ut vero eo facilius
 id obtineret, necnon ea, quæ Tridenti
 gererentur, singulis diebus resciret,
 cum toto Sacro Collegio Bononiam
 venire decrevit, ut Synodo magis vi-
 einus, ac exigente rerum necessitate
 commodius agere posset, quinto, si
 necessarium foret, Tridentum quoque
 venire paratus, hoc tamen suum
 animi propositum occultabat, quæsito
 obtentu, quod Cæsar's coronationi,
 quæ ibidem proxime haberetur, inter-
 esse velit, ne pro tuenda sua auctoritate
 magis, quam pro Pastoris officio explen-
 do sollicitus esse videretur: (*) nihilo-
 minus Pontifex hoc iter non aggressus
 est, sed Romæ substitit.

§. XIV.

*Regis epistola ad Franciæ Episcopos
 jam Tridenti congregatos.*

Mem. 1.6.
 p. 191.

Postquam Lansacus Tridentum vene-
 rat, brevi etiam ambo ejus Socii
 Arnaldus Ferrierus, & Pibracus seque-
 bantur,

(*) Hæc Continuatoris animadversio adeo
 puerilis æque, ac scurrilis est, ut confuta-
 tionem minime mereatur.